

*Concessione ad extalium per due anni
della secrezia di Calabria a Guglielmo
di Logoteta e a Riccardo Garna.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Concessione ad extalium per due anni
della secrezia di Calabria a Guglielmo
di Logoteta e a Riccardo Garna.*

1267-03-06

Karolus etc. Per presens scriptum notum facimus universis quod Nos, de fide et legalitate Guillelmi de Logotheta et Riccardi Garne de Calabria... plenam fiduciam obtinentes, concedimus eis ad extalium seu cabellam, sub pactis et conditionibus infrascriptis, pro sex mensibus anni presentis decime indictionis, a kalendis presentis mensis... et pro toto futuro anno undecime indictionis, omnes proventus cunctaque jura Secretienostre in capite per totam Calabriam, videlicet a Porta Roseti usque Farum, tam in baiulationibus marinariis lignaminibus granetariis novis statutis, quam in omnibus aliis juribus, que ad officium secreti Calabrie spectantia nunc Curia nostra tenet, et Bartholomeo Scorbaioco, secreto Calabrie, per nostram Curiam sunt commissa;... exercenda... per eos sub eorum sumptibus..., pro augmento sexcentarum unciarum auri... ultra locationes de predictis proventibus et juribus per predictum Bartholomeum et Johannem Curialem, olim secretum Calabrie....per totum mensem februarii proximo preteritum... factas nostre Curie..., custodia portuum, exitura frumenti et jure ipsius exiture, nec non vineis, molendinis Curie, que cum baiulationibus et granetariis vendi non consueverunt, nobis retentis... Pacta vero et conditiones sunt hec, videlicet quod in nostra obtione... remanet... dictis Guillelmo et Riccardo tempus extalii... usque ad kalendas martii XII indictionis... prorogare, iidemque... exercean officium dummodo infra annum XI indictionis id per nostram Curiam predicatur eisdem; et quantitatem que pro rata... summe... extalii et temporis huiusmodi sex menses contigerit, nostre Curie solvere teneantur. Et si forte aliqua de... proventibus... non sunt adhuc

locata in cabella pro presenti anno X ind., Nos faciemus ipsa locari... per eos quos ad hoc duxerimus deputandos; iidemque Guillelmus et Riccardus illam summam pecunie seu victualium aut quarumlibet aliarum rerum, pro qua... proventus..., facta prius sollempni subastatione, locari contigerit, Curie nostre persolvant, hoc acto expresse quod additamenta omnia, que infra tres dies... a die banni emissi et locationis facte fient in huiusmodi proventibus..., profectibus nostris cedant, et quicquid ultra predictos tres dies augmenti fiet in illis, predictorum Guillelmi et Riccardi utilitatibus acquiratur. Quod si aliqua ex proventibus... Secretie... infra tempus presentis extalii... de mandato nostro... concessa fuerint ecclesiis... aut personis aliquibus, Nos pro rata temporis faciemus eis excomputum fieri... Si vero aliqua bona vel jura infra tempus officii quod exercebunt per excadentiam vel alias... ad nostram Curiam devolventur, volumus quod hec ad opus nostre Curie... procurentur, eorum fructibus... fisco nostro cessuris. Ad hoc concedimus eisdem Guillelmo et Riccardo quod sub eorum sumptibus habeant unum assessorem... juris peritum,... qui de civilibus questionibus et appellationibus et quibuslibet causis pertinentibus ad officium Secretie cognoscat et justitia mediante decadat; de quibus cognoscendis et etiam de coercendis... illis... qui fuerint debitores et fideiussores... plenam eisdem Guillelmo et Riccardo... concedimus... facultatem.... Verumtamen volumus quod... assessor prestet de exercendo fideliter suum officium in nostra presentia iuramentum. Volumus insuper... quod, si contingerit... locationem... Secretie per aliquos incantari, ab eodem officio amoveri non possint nisi pro trecentarum unciarum auri vel maiori

augmento; et si eos prohuiusmodi augmento ammove-
r contigerit, habeant pro fatigis et expensis suis de...
additamento quartam partem... Preterea dicti Guillelmus
et Riccardus tenebuntur solvere... proventuum et...
augmenti... summam de quatuor in quatuor menses,
juxta consuetudinem Calabrie..., ita quod in fine anni
predicte XI ind. de tota... summa sit Curie nostre
integre satisfactum. Ceterum concedimus ipsis quod
recipiant... trecentas saumas salis, ad saumam... de
salina nostra Sancti Niceti... et quod pretium... per
totum... mensem angusti X ind. Curie nostre solvere
teneantur. Denique volumus ut predicti Guillelmus et
Riccardus omnia bona cunctaque jura Curie nostre, que
male locata, alienata invenierint illicite vel distracta,
ad jus et proprietatem ipsius Curie revocare procurent,
significaturi Culmini nostro quid quantum ubi et a quibus
per eos fuerit revocatum, ut faciamus illa... ad opus Curie
nostre procurari.

Datum Capue, VI martii.